Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ne. Exit qui seminat se-
re semen suum. Et dum semi-
nat: aliud cecidit secus
viam et conculcatum est: et
volucres celi comederunt
illud. Et aliud cecidit su-
per petram: et natum aruit
quia non habebat humorem.
Et aliud cecidit inter spi-
nas: et simul exorte spine
suffocaverunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonam:
et ortum fecit fructum centu-
plum. Hec dicens clama-
bat. Qui habet aures au-
diendi audiat. Interroga-
verunt autem eum discipuli eius:
que esset hec parabola. Qui-
bus ipse dixit. Vobis datum e-
nosse mysterium regni dei:
ceteris autem in parabolis. ut vi-
dentes non videant et audi-
entes non intelligant. Est
autem hec parabola. Semen
est verbum dei. Qui autem sec-
uiam sunt hi sunt qui audiunt
deinde venit diabolus. et
tollit verbum de corde eorum ne
credentes salvi fiant. Nam
qui super petram: qui cum
audierint cum gaudio suc-
cipiunt verbum. Et hi radi-
ces non habent: quia ad tem-
pus credunt et in tempore tempta-
cionis recedunt. Quod autem in
spinis cecidit: hi sunt qui au-
dierunt et a sollicitudinibus
et divitiis et voluptatibus
vite euntes suffocantur et
non referunt fructum. Quod autem
in bonam terram: hi sunt qui in
corde bono et optimo audi-
entes verbum retinent et fructum
afferunt in patientia. Omel-
ia Gregorii pape.

Ecce sci evangelii
sermo non fastidiosum
audistis. expositio-
ne non indiget: sed animo
mente. Quia cum per sancti ep-
sam vobis exposuit. hunc
discutere humana fragili-
tas non presumit. Sed est quod
sollicite in hac ipsa exposi-
one diuina pensare debemus:
quia si nos nobis semen
verbi agrum mundum noluerit
denominare. spinas divitias
significare dignatur: ad ar-
dendum nobis meus forsitan